

Quousque] (έως, εἰς ἀπὸ, μέχρι τίνος) id est, Quādiu, uel usque ad quod tempus: & ponitur interrogatiuē. Plautus *Asin.* 3. 29,

Nam quousque? L. usque ad mortem uolo. Cic. pro Cn.

Plancio, 61, Atq; etiam clamitas Laterensis, Quousque ista dicis? Nihil in Cypro profecisti. Idem 1. de Natur. deor. 155, Quousque ludis?

Quousque tandem, primo loco positum, & quasi ex abrupto prolatum. Cic. 1. in Catilinam, 1, Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? **Quandiu**, & c.

Quousque, cui respondet **Quoad**. Cic. ad Attic. lib. 15. 329. 19, Quousque inquires? quoad erit integrum.

Quum] ὅτε, uel **Quū**, uel **Quom**, scribebant ueteres, quando aduerbium temporis erat. Victorinus in orthographiæ præceptis admonet sic esset scribendum, quum est aduerbium temporis. Eius hæc sunt uerba, Cum autem, si fuerit aduerbium temporis, per Q & V, siue unum, siue duo scribatur: ut **Quum** primum, & **Quum** facerem. Hactenus Victorinus. Scripserunt ueteres & **Quom**, per O ante M. Plaut. Amph.

Grauidam ego illam reliqui quom abeo. Terent. in Prolog. *Andria*, 1,

Poeta quom primum animum ad scribendum appulit. Cic. de Amic. 1, Quom sepe multa, tum memini, & c. subnarraret. **Quintil.** lib. 1. cap. De orthographia, illa quoque seruata est à multis differentia: ut Ad, quum esset præpositio, D litteram: quum autem coniunctio, T acciperet. Item Cum, si tempus significaret, per Quom: si comitem, per Cum: si uerò causam, per Q. ac duas sequentes uu, scriberetur.

Quum, pro Quo, auctore Donato. Terent. *And.* 1. 1. 125, Propè adest, quum alieno more uiuendum est mihi.

Quris] uel **Qurina**, lingua Sabinorum hasta dicebatur: unde & **Quirinum**, & **Quirites**, & **Quirinalia** dixere. Scribebant uerò per C. quoniam Q littera Hetruscis in usu, sicut Romanis non erat. Cato in *Originibus*: **Quirinalis** (inquit) collis à Iunone Sabinorum dea, quam illi **Curitim**, id est hastam Iunonem uocant, & c.

Quris calibatis. Arnobius lib. 11. aduersus Gentes, Quum in matrimonia conuenitis, toga sternitis lectulos, & maritorum Genios aduocatis, nubentium crinem calibari hasta mulcetis, puellarum togulas fortunam desertis ad uirginalem. **Festus**, Calibari hasta caput nubentis comebatur, que in corpore gladiatoris stetit abieti, occisq; ut quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum uiro sit, & c. **Lilius** 3. *Syntagm.*

R



LITERA consonans initio Romanis, medijs in dictionibus incognita, cuiusq; uice, s litteram posuerunt. nā maiosibus, meliosibus, La fibus, fesijs, Valesijs, Fusijs: pro maioribus, melioribus, Laribus, ferijs, Valerijs, Furijs, scripserūt. Pomponius in libro singulari *Enchiridij*, relatus in l. 2. §. idem Appius. de origine iur. lib. 1. *Pandect. Ciuiiliū*. Idem Appius Claudius, qui uidetur ab hoc processisse, R litterā inuenit, ut pro Valesij, Valerij essent: &

pro Fusijs, Furijs. Vide *Festum*, & *Fabium* lib. 4. *Oratoriarum institutionum*.

R A B

pro Fusijs, Furijs. Vide *Festum*, & *Fabium* lib. 4. *Oratoriarum institutionum*.

R littera in compositione, consequente L liquida, in alteram L itidem permutatur: ut in perluceo, pelluceo: perlucidus, pellucidus. **Vlpianus** l. 19. §. gemmæ autem. de auro & argento legat. Gemmæ autem, inquit, pellucidæ sunt materie. In *Pandectis Florentinis*, pellucidæ legitur.

R littera canina à Persio dicitur, quòd cum rictu pronuncietur. fragorem enim stridoremq; concitat, hærente lingua dentibus, spiritu copiosiore, sonitu uerò stridulo: itaq; ei L opponitur, quòd tam leniat uerbum, quàm R exasperat.

R uel **RO** Roma. R. C. Romana ciuitas. R. D. Regis domus. R. F. E. D. Rectè factum esse dicitur. R. F. E. V. Rectè factum esse uidebitur. R. FERRARIN. Rurum Ferrariorum. R. G. C. Rei gerundæ causa. R. G. F. Regis filius. R. L. P. Rectè legi possit. R. N. L. O. N. P. X. Retrò non longè pedes decem. R. P. Respublica, uel Romani Principes. R. P. C. uel R. P. C. Reipublicæ constitutor: uel Retrò pedes centum. R. R. Rurum Romanorum. Ruderibus recolligendis. Reiectis rudibus, aliàs rudibus. R. R. R. F. F. F. Regnum Romæ ruet, ferro, fame, flamma. R. R. E. G. Rurum Regiensium. R. S. P. Res sua publica. R. V. E. Res Veronensis.

R. R. Actuum solennis nota apud maiores nostros, qua Rationes relatas significabant. **Festus**, R duobus in compluribus orationibus (quum de actis differitur) etiam perscribi solet, id est Rationum relatarum: quod ijs tabulis docentur iudices, quæ publicè data atque accepta sint.

Rabbath] ראבבא, Metropolis erat filiorum Ammon, quæ postea à Ptolemæo Philadelpho, qui Arabiam tenuit, cum Iudæa, Philadelphia nominata est.

Rabienus] antea Labienus, mutato suo nomine, quæ omnes passim laceraret. **Cælius** lib. 11. cap. 13, In Labieno tanta, & tā impromiscua memoratur libertas, ut libertatis nomen excederet: & quia passim omnes lacerabat, Rabienus uocabatur. In hunc primum excogitata est noua poena: effectum enim est per inimicos, ut omnes eius libri comburerentur. Quæ res inusitata fuit, & prorsus mira, supplicium de studijs sumi. Eam contumeliam Labienus non tulit, nec superstes (ut inquit Seneca) ingenio suo esse uoluit: sed in monumenta maiorum suorum se ferri iussit, atque ita includi: ueritus (credo) ne ignis, qui nomini subiectus erat, sibi quoque negaretur: nec tantum finiuit ipse se, sed sepeliuit. **Cassius Seuerus** Labieni amicissimus, quum ex Senatus consulto libri eius comburerentur: Nunc (inquit) me uiuum uri oportet, qui illos edidici.

Rabies] rabiei, s. g. (ράβια) & Rabia, rabie, apud antiquos, Morbus canum, quum ueluti furore quodam acti, huc atq; illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt.

Alij rabiem quasi rauiem dici putant, à rauitate uocis, quam rabiosi habent similem latratui canis. **Plinius** libro 29. cap. 5. 2. Multo tamen uilissimè iecur eius qui in rabie momorderit, datur.

Canum rabies. **Ouid.** 14. *Metam.* 14.

Rabies, transfertur & ad homines. **Cicero** in *Salust.* 5, Quòd ista inusitata rabie petulanter in uxorem meam inuasiisti. Idem 3. *Tuscul.* 107, Hecubam autem putant propter animi acerbiteratam quandam & rabiem, fingi in canem esse conuersam.

Edendi rabies ex longo collecta fatigat. **Virg.** 9. *Aeneid.* 13.

Rabies, Furor. **Horat.** in *Arte*, 16,

Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Quoniā qui Iambicis utebantur, furore quodam correpti primum uiderentur: uel quòd propitij sint Iambi furoribus explicandis

candēs